

BOLETIN ECLESIASTICO

DE FILIPINAS

Organo Oficial, Interdiocesano, Mensual, editado por la Universidad de Santo Tomás, P. O. Box 147, Manila, Islas Filipinas

"Entered as second-class matter in the Manila Post Office on June 21, 1916"

Director:

R. P. A. Salvador, O.P.
J.C.D.



Administrador:

R. P. A. Salvador, O.P.
J.C.D.

PARTE OFICIAL

Curia Romana

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

I

DECRETUM

DE CONFIRMATIONE ADMINISTRANDA IIS, QUI EX GRAVI MORBO IN MORTIS PERICULO SUNT CONSTITUTI.

Spiritus Sancti munera sacramento Confirmationis conferri catholica doctrina proclamat. Hinc impensa Ecclesiae cura ut

pueri, aquis baptismi abluti, tali reficiantur sacramento, quo superni Paraelyti charismata adipiscantur ad robur susceptae baptismi fidei adiiciendum, ut gratiae amplitudine perfusi Christi que militis caractere insigniti ad omne opus bonum instructi evadant ac renuntientur.

Licet explorati iuris sit Confirmationem ad animarum salutem de necessitate medii haud requiri (can. 787 Codicis I. C.), ob eius tamen praecellentiam et ampla quae secumfert praecleara dona, omni ope est adnitendum parochis ceterisque pastoribus ut christianorum nemo, data occasione, tam excellens salutiferae Redemptionis mysterium negligat; quum admirabili sit adiumento ad acriter decertandum contra diaboli nequitiam, mundi et carnis illecebras; ad gratiae virtutumque omnium in terris, gloriaeque maius incrementum assequendum in coelis.¹

Quamquam nihil intentatum relinquunt vigiles animarum rectores ut, quantum fieri potest, baptizati omnes hoc sacramento rite muniantur quidem vix cum ad aetatem rationis participem pervenerint, scilicet circa septennium: quod profecto septennium antevertere licet, prout expresse cavetur canone 788, «*si infans in mortis periculo sit constitutus, vel ministro id expedire ob iustas et graves causas videatur*»; permultos nihilominus ex habitis hac de re rationariis constat pueros, utpote morti magis obnoxios, etiam multo antequam aetatem ratione utentem attigerint, ex hac vita sacro chrismate non delibutos decedere, praesertim hisce nostris temporibus post dirissimum belli flagitium; quod et de adultis non paucis, qui in puerili aetate variis de causis confirmari non potuerunt, cotidiana experientia testatur.

Hoc quidem incommodum praecavetur in Ecclesia Orientali, ubi mos est infantes, statim post receptum baptismum, confirmandi. Eadem disciplina in usu quidem erat primis Ecclesiae saeculis etiam apud Latinos, et adhuc servatur ex legitima consuetudine penes quasdam nationes communis tamen lex Ecclesiae Latinae, in citato can. 788 recepta, statuit ut huius sacramenti administratio differatur ad septimum circiter aetatis an-

¹ S. THOMAS, p. III, quaest. 72, art. 8 ad 4.

BOLETIN ECLESIASTICO

DE FILIPINAS

Organo Oficial, Interdiocesano, Mensual, editado por la Universidad de Santo Tomás, P. O. Bdx 147, Manila, Islas Filipinas

"Entered as second-class matter in the Manila Post Office on June 21, 1946"

Director:

R. P. A. Salvador, O.P.
J.C.D.



Administrador:

R. P. A. Salvador, O.P.
J.C.D.

PARTE OFICIAL

Curia Romana

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

I

DECRETUM

DE CONFIRMATIONE ADMINISTRANDA IIS, QUI EX GRAVI MORBO IN MORTIS PERICULO SUNT CONSTITUTI.

Spiritus Sancti munera sacramento Confirmationis conferri catholica doctrina proclamat. Hinc impensa Ecclesiae cura ut

pueri, aquis baptismi abluti, tali reficiantur sacramento, quo superni Paraclyti charismata adipiscantur ad robur susceptae baptismi fidei adiiciendum, ut gratiae amplitudine perfusi Christi-que militis caractere insigniti ad omne opus bonum instructi evadant ac renuntientur.

Licet explorati iuris sit Confirmationem ad animarum salutem de necessitate medii haud requiri (can. 787 Codicis I. C.), ob eius tamen praecellentiam et ampla quae secumfert praeclara dona, omni ope est adnoscendum parochis ceterisque pastoribus ut christianorum nemo, data occasione, tam excellens salutiferae Redemptionis mysterium negligat; quum admirabili sit adiumento ad acriter decertandum contra diaboli nequitiam, mundi et carnis illecebras; ad gratiae virtutumque omnium in terris, gloriaeque maius incrementum assequendum in coelis.¹

Quamquam nihil intentatum relinquunt vigiles animarum rectores ut, quantum fieri potest, baptizati omnes hoc sacramento rite muniantur quidem vix cum ad aetatem rationis participem pervenerint, scilicet circa septennium: quod profecto septennium antevertere licet, prout expresse cavetur canone 788, «*si infans in mortis periculo sit constitutus, vel ministro id expedire ob iustas et graves causas videatur*»: permultos nihilominus ex habitis hac de re rationariis constat pueros, utpote morti magis obnoxios, etiam multo antequam aetatem ratione utentem attigerint, ex hac vita sacro chrismate non delibutos decedere, praesertim hisce nostris temporibus post dirissimum belli flagitium; quod et de adultis non paucis, qui in puerili aetate variis de causis confirmari non potuerunt, cotidiana experientia testatur.

Hoc quidem incommodum praecavetur in Ecclesia Orientali, ubi mos est infantes, statim post receptum baptismum, confirmandi. Eadem disciplina in usu quidem erat primis Ecclesiae saeculis etiam apud Latinos, et adhuc servatur ex legitima consuetudine penes quasdam nationes communis tamen lex Ecclesiae Latinae, in citato can. 788 recepta, statuit ut huius sacramenti administratio differatur ad septimum circiter aetatis an-

¹ S. THOMAS, p. III, quaest. 72, art. 8 ad 4.

num, quo, aequa praemissa catechesis instructione, pueri uberrimos sacramenti sortiantur effectus.²

Porro ratio praecipua cur tam immodicus christicolarum numerus sine susceptione huius sacramenti de hac vita demigret, in eo est reponenda, quod iisdem in vitae discrimine constitutis ob Episcopi absentiam opportunitas non exhibetur hoc sacramentum suscipiendi.

Definitae doctrinae est solum Episcopum esse, *ordinarium* confirmationis ministrum³ (can. 782 § 1); proindeque Apostolica Sedes iugiter sedulo studuit, ut huius sacramenti, collatio Episcopo, tamquam ius et officium ipsi proprium, quantum fieri potuisset, reservaretur. Haec vero S. Congregatio semper religiose cavet, ne detrimentum pateretur reverentia huic sacramento debita et offensionem piae plebis expectatio ob privationem personae Episcopi, neve illius administrationis conspicuus obfuscaretur splendor ac sollemnis, sua decet, minueretur apparatus.

Ast, necessitate bonoque fidelium id flagitante, non semel Apostolica Sedes passim indulgere compulsata est, ut Episcopo, qui in certis rerum et personarum adiunctis haberi non posset, simplex sacerdos in aliqua ecclesiastica dignitate constitutus sufficeretur, tamquam administer *extraordinarius* huius sacramenti (can. 782 § 2); qui congrua pompa eius administrationem perageret, praemonitis semper fidelibus Episcopum esse exclusivum ordinarium ministrum huiusce sacramenti illudque ab eo sacerdote conferri ex Apostolicae Sedis facultate,⁴ prout, complura pontificia indulta luculenter ostendunt.⁵

Ut igitur prospiciatur etiam spirituali conditioni tot infantium, puerorumque atque adultorum fidelium, qui ob gravem morbum in vitae discrimen adducantur, et certo certius mortem appetant, quin sacro chrismate linantur, si observantia iuris communis quoad ordinarium ministrum adamussim urgeatur;

² Cfr. Instructio S. C. de Sac. edita die Pentecostes (20 maii) 1934, pro simplici sacerdote sac. Confirmationis ex Sedis Apostolicae delegatione administrante (A. A. S., vol. XXVII, p. 11 seq.); Instructio S. C. de Prop. Fide 4 maii 1774; Instructio S. Officii m. iulii 1888.

³ Conc. Trident., sess. VII, *De confirmatione*, can. 3.

⁴ Cfr. cit. Instr. S. C. de Sac., III.

⁵ Cfr. cit. Instr. S. C. de Sac., I, n. 2; sit. Instr. S. C. de Prop. Fide; cit. Instr. S. Officii; Formulæ S. C. de Prop. Fide.

necessarium visum est huic S. Congregationi remedium aliquod exquirere ac suppeditare hac gravissima de causa, ut tam notabili fidelium numero offeratur occasio Confirmationis suscipiendae.

Huius negotii momentum perpendens Ssmus D. N. Pius Papa XII, animarum saluti plenius consulere studens, prae maxima, quam gerit, sollicitudine universalis Ecclesiae, committere dignatus est huic S. Congregationi, pro sua potestate in hac solvenda quaestione, ut rem diligenter et impense expenderet in plenariis Comitibus, et resolutionem, quae opportuna sibi visa esset, Ipsi proponeret.

Sacra vero haec Congregatio, praehabitis votis plurium consultorum, doctrina prudentiaque praestantium, et ad trutinam revocatis insuper omnibus documentis et actis antea super disciplinam Confirmationis comparatis, totam rem sedulo examini subiecit Purpuratorum Patrum in pluribus Conventibus plenariis.

Mature autem perspecta, quae inde prodiit, sententia idem Summus Pontifex, in audientia Excmo, huius Sacrae Congregationis Secretario die 6 Maii 1946 concessa, huic sacro Dicasterio mandavit ut decretum ederet quod disciplinam de Confirmatione administranda in peculiaribus adiunctis supra expositis digereret iuxta leges ab Ipso certa scientia et matura deliberatione probatas atque benigne declaratas.

Apostolico mandato ideo fideliter obsecundans haec Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum praesentibus litteris, quae infra recensentur, statuenda decrevit:

1.—Ex generali Apostolicae Sedis indulto, tamquam ministris extraordinariis (can. 782 § 2) facultas tribuitur conferendi sacramentum Confirmationis, in casibus tantum et sub conditionibus infra enumeratis, sequentibus presbyteris, iisdemque dumtaxat:

a) parochis proprio territorio gaudentibus, exclusis igitur parochis personalibus vel familiaribus, nisi et ipsi proprio, licet cumulativo, fruantur territorio;

b) vicariis, de quibus in canone 471, atque vicariis oeconomicis;

c) sacerdotibus, quibus exclusive et stabiliter commissa sit

in certo territorio et cum determinata ecclesia plena animarum cura cum omnibus parochorum iuribus et officiis.

2.—Praefati ministri Confirmationem valide et licite conferre valent per se ipsi, personaliter, fidelibus tantummodo in proprio territorio degentibus, personis non exceptis in locis commorantibus a paroeciali iurisdictione subductis; non exclusivè igitur seminariis, hospitiiis, valetudinariis, aliisque omne genus institutis etiam religiosis quoquo modo exemptis (cfr. can. 792); dummodo hi fideles *ex pravi morbo, in vero mortis periculo sint constituti, ex quo decessuri praevideantur.*

Si huiusmodi mandati limites iidem ministri praetergrediantur, probo sciant se perperam agere et sacramentum nullum conficere, incolumi praeterea manente statuto canonis 2365.

3.—Hac facultate uti possunt tum in ipsa episcopali urbe tum extra ipsam, sive sedes plena sit sive vacans, dummodo Episcopus diocesanus haberi non possit vel legitime impeditur quominus Confirmationem per se ipse valeat conferre, nec alius praesto sit Episcopus communionem habens cum Apostolica Sede, licet titularis tantum, qui sine gravi incommodo ipsi suffici queat.

4.—Confirmatio conferatur servata disciplina per Codicem I. C. inducta et ad rem accommodata, nec non ritu adhibito ex Rituali Romano excerpto, quae fuse et ex integro infra transcribuntur: *gratis vero quovis titulo est conferenda.*

5.—Si confirmandi rationis usum sint assecuti, praeter statum gratiae, aliqua dispositio atque instructio requiritur ut fructuose hoc sacramentum valeant suscipere. Ministri igitur est pro singulorum aegrotorum captu eos edocere de his, quae scitu sunt necessaria, intentionem aliquam suscitando percipiendi hoc sacramentum ad robur animae conferendum. Curari autem debet ab his, ad quos spectat, ut si dein convaluerint, opportunis institutionibus circa fidei mysteria, naturam atque effectum huius sacramenti diligenter instruantur.⁶ (Cfr. can. 786).

6.—Ad normam can. 798, collati sacramenti adnotationem minister extraordinarius in paroeciali confirmatorum libro pera-

⁶ Cfr. S. Off., 10 apr. 1861 in Collect. S. C. de Prop. Fide, edit. a. MCMVII, vol. I, p. 663, n. 1213; Catechismus Romanus, *De Confirmatione.*

gat, ibidem inscribendo nomen suum ac nomina confirmati (et si eius subditus non sit, etiam illius dioecesis et paroeciae) parentum et patrini, diem et locum, adiectis demum verbis: «*confirmatio collata est ex Apostolico indulto, urgente mortis periculo ob gravem confirmati morbum*». Adnotatio facienda est etiam in libro baptizatorum, ad normam can. 470 § 2.

Si confirmatus sit alienae paroeciae, quamprimum minister ipse de collato sacramento parochum confirmati proprium certiore reddat per authenticum documentum, quod omnes notitias complectatur, de quibus supra.

7.—Ministri extraordinarii tenentur praeterea singulis vicibus statim ad Ordinarium dioecesanum proprium authenticum nuntium mittere collatae a se Confirmationis, additis adiunctis omnibus in casu concurrentibus.

8.—Ordinarii loci est ministros extraordinarios, de quibus supra, huius decreti praescriptiones meliore, quem censuerit modo edocere, iisdemque singillatim explanare ut pares omnino inveniuntur tam gravi negotio obeundo.

9.—Eiusdem Ordinarii loci officium est quolibet anno, sub initio anni proxime insequentis *relationem* mittere ad hanc S. Congregationem de numero confirmatorum, necnon de ratione a ministris extraordinariis suae ditionis in tam praeclaro munere perfungendo adhibita.

Ssmus. Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XII. in Audientia Excmo. Secretario huius Sacrae Congregationis die 20 Augusti 1946 concessa, decretum de quo supra approbare et Apostolica Auctoritate munire dignatus est, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus; mandavitque ut idem decretum, in *Actorum Apostolicae Sedis commentario officiali* edendum, vim legis habere incipiat a die 1^a Ianuarii 1947.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 14 Septembris anni 1946.

L. † S.

D. Card. JORIO, *Praefectus*.

F. BRACCI, *Secretarius*.

II

DISCIPLINA CODICIS I. C. SERVANDA IN CONFIRMATIONE CONFERENDA VI HUIUS APOSTOLICI INDULTI.

1.—Sacerdos, cui facultas haec concessa fuerit, probe sciat sacramentum Confirmationis conferri debere per manus impositionem cum unctione chrismatis in fronte et per verba in pontificalibus libris ab Ecclesia probatis praescripta (can. 780).

2.—Hoc sacramentum, quod characterem imprimit, iterari nequit; si vero prudens dubium existat, num revera vel num valide collatum fuerit, sub conditione iterum conferatur (can. 732).

3.—Chrisma, quod huic sacramento administrando, etiamsi per presbyterum simplicem, inservit, debet esse ab Episcopo, cum Apostolica Sede communionem habente, consecratum feria V in Coena Domini proxima superiore; neque adhibeatur vetus, nisi necessitas urgeat. Mox deficiente oleo benedicto aliud oleum de olivis non benedictum adiciatur, etiam iterato, minore tamen copia (can. 734, 781). Numquam vero licet sine chrismate Confirmationem administrare vel illud ab Episcopis haereticis aut schismaticis accipere. Unctio autem ne fiat aliquo instrumento, sed ipsa ministri manu capiti confirmandi rite imposita (can. 781 § 2).

4.—Presbyter latini ritus cui, vi indulti, haec facultas competat, Confirmationem valide confert solis fidelibus sui ritus orientalis, qui facultate vel privilegio gaudent Confirmationem una cum baptismo infantibus sui ritus conferendi, eandem ministrare infantibus latini ritus (can. 782 §§ 4 et 5).

5.—Presbyter privilegio Apostolico donatus, obligatione tenetur sacramentum hoc illis, quorum in favorem est concessa facultas, rite et rationabiliter petentibus conferendi (can. 785 §§ 1 et 2).

6.—Quamquam hoc sacramentum non est de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet, oblata occasione, illud negligere; imo parochi curent ut fideles ad illud opportuno tempore accedant (can. 787).

7.—Ex vetustissimo Ecclesiae more, ut in baptismo, ita

etiam in Confirmatione adhibendus est patrinus, si haberi possit (can. 793).

8.—Patrinus unum tantum confirmandum aut praesentet, nisi aliud iusta de causa ministro videatur; unus quoque pro singulis confirmandis sit patrinus (can. 794).

9.—Ut quis sit patrinus, oportet:°

1° Sit ipse quoque confirmatus, rationis usum assecutus et intentionem habeat id munus gerendi;

2° Nulli haereticae aut schismaticae sectae sit adscriptus, nec sententia condemnatoria vel declaratoria sit excommunicatus, aut infamis infamia iuris, aut exclusus ab actibus legitimis, nec sit clericus depositus vel degradatus;

3° Non sit pater, mater, coniux confirmandi;

4° A confirmando eiusve parentibus vel tutoribus vel, hi si desint aut renuant, a ministro vel a paroco sit designatus;

5° Confirmandum in ipso Confirmationis actu per se vel per procuratorem physice tangat (can. 795).

10.—Ut quis licite ad patrini munus admittatur, oportet:

1° Sit alius a patrino baptismi, nisi rationabilis causa, iudicio ministri, aliud suadeat, aut statim post baptismum legitime Confirmatio conferatur;

2° Sit eiusdem sexus ac confirmandus, nisi aliud ministro in casibus particularibus ex rationabili causa videatur;

3° Decimum quartum suae aetatis annum attigerit, nisi aliud iusta de causa ministro videatur;

4° Non sit propter notorium delictum excommunicatus vel exclusus ab actibus legitimis vel infamis infamia iuris, quin tamen sententia intercesserit, nec sit interdictus aut alias publice criminis vel infamis infamia facti;

5° Fidei rudimenta noverit;

6° In nulla religione sit novitius vel professus, nisi necessitas urgeat et expressa habeatur venia Superioris saltem localis;

7° In sacris ordinibus non sit constitutus, nisi accedat expressa Ordinarii proprii licentia (can. 796 et 766).

11.—Ex valida Confirmatione oritur inter confirmatum et

patrinum cognatio spiritualis, ex qua patrinus obligatione tenetur confirmatum perpetuo sibi commendatum habendi eiusque christianam educationem curandi (can. 797). Ex hac tamen cognatione spirituali non amplius oritur impedimentum ad matrimonium (can. 1079).

12.—Ad collatam Confirmationem probandam, modo nemini fiat praeiudicium, satis est unus testis omni exceptione maior, vel ipsius confirmati iusiurandum, nisi confirmatus fuerit in infantili aetate (can. 800).

13.—Presbyter qui nec a iure nec ex Romani Pontificis concessione facultatem habens sacramentum Confirmationis ministrare ausus fuerit, suspendatur; si vero facultatis sibi factae limites praetergredi praesumpserit, eadem facultate eo ipso privatus existat (can. 2365).

III

RITUS SERVANDUS A SACERDOTE VI HUIUS, APOSTOLICI INDULTI CONFIRMATIONEM CONFERENTE.¹

Cum tempus advenerit, quo sacerdos, utens facultate sibi ab Apostolica Sede, ut supra, tributa, administrare Confirmationem aegrotanti in periculo mortis constituto intendit, saltem stola, si superpellicium habere non possit, indutus, circumstantes admonet, quod nullus alius, nisi Episcopus, Confirmationis ordinarius minister est; se vero collaturum esse illam iure per S. Sedem delegato. Cavere debet ne coram haereticis aut schismaticis, et multo minus eis ministrantibus, confirmet.

Dein moneat patrinum (vel matrinam) ut ponat manum suam dexteram super humerum dexterum confirmandi, sive infantis, sive adulti.

Stans igitur versa facie ad confirmandum, iunctis ante pectus manibus, dicit:

V. Spiritus Sanctus superveniat in te et virtus Altissimi custodiat te a peccatis.

R., Amen.

¹ Cfr. *Rituale Romanum auctoritate Ssmi. D. N. Pii Pp. XI ad normam Codicis I. C. accommodatum*; editio typica a. MDCCCXXV.

Deinde, signans se a fronte ad pectus signo crucis, dicit:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit caelum et terram.

V. Dómine exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dominus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Tunc, extensis versus confirmandum manibus, dicit:

Orémus.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui regeneráre dignátus es hunc fámulum tuum* (hanc fámulam tuam) ex aqua et Spírítu Sancto, quique dedísti ei remissionem ómnium peccatórum: emítte in eum (eam) septifórmem Spírítum tuum Sanctum Paráclytum de caelis.

R. Amen.

V. Spírítum sapiéntiae et intelléctus.

R. Amen.

V. Spírítum consílii et fortitúdinis.

R. Amen.

V. Spírítum sciéntiae et pietátis.

R. Amen.

Adímple eum (eam) Spírítu timóris tui, et consígna eum (eam) signo Cru⁺cis Christi, in vitam propitiátus aetérnam.

* Per eundem Dominum Nostrum Jesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spírítus Sancti Deus, per ómnia saecula saeculórum.

Postea sacerdos inquirít de nomine confirmandi, et, summitate pollicis dexteræ manus Ch. rismate intincta, confirmat eum dicens:

N. Signo te signo Cru⁺cis, quòd dum dicit, imposita manu dextera super caput confirmandi, producit pollice signum crucis

in fronte illius, deinde prosequitur: et confirmo te Chrismate salutis. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

R. Amen.

Et leviter eum in maxilla cœdit, dicens:

Pax tecum.

Sacerdos, postquam frontem confirmandi linierit, sacro Chrismate, eam gossypio diligenter abstergat.

Tergit postea cum mica panis, et lavat pollicem et manus super pelvim; deinde aquam lotionis cum pane et gossypio in vase mundo reponat et ad ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque proiciat in sacrarium.

Post lotionem ab ipso sacerdote dicitur:

Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis, a templo Sancto tuo, quod est in Jerúsalem.

V. Glória Patri, et Filio et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Et repetitur antiphona: Confirma hoc, Deus, etc.

Qua repetita, sacerdos stans versus infirmum, iunctis ante pectus manibus, dicit:

V. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

R. Et salutáre tuum da nobis.

V. Dómine, exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Iunctis vero adhuc ante pectus manibus, dicit:

Orémus.

Oratio

Deus, qui Apóstolis tuis Sanctum dedísti Spírítum, et per eos eorúmque successóres céteris fidélibus tradéndum esse vo-

luisti; respice propitius ad humilitatis nostrae famulatum, et praesta, ut ejus cor, cujus frontem sacro Chrismate delinivimus, et signo Sanctae Crucis signavimus, idem Spiritus Sanctus in eo superveniens, templum gloriae suae dignanter inhabitando perficiat: qui cum Patre et eodem Spiritu Sancto vivis et regnas Deus, in saecula saeculorum.

R. Amen.

Deinde dicit:

Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.

Et vertens se ad confirmatum, ac faciens super eum signum Crucis, dicit:

Benedicat te Dominus ex Sion, ut videas bona Jerusalem omnibus diebus vitae tuae, et habeas vitam aeternam.

R. Amen.

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

Beatissime Pater,

Rector Universitatis Catholicae S. Thomae de Manila in Insulis Philippinis, ad pedes Sanctitatis Tuae pronus, humilime petit ut eidem Universitati facultas prorogetur, omnibus necessariis et opportunis cautelis adhibitis, puellas admittendi in sua Collegia eisque adnexas scholas.

Romae, die 1 decembris a. D. MCMXLVI.—Sacra Congregatio de Seminariis et de Studiorum Universitatibus, auctoritate sibi a SS.mo D.N. PIO PP. XII, f. r. tributa, omnibus perspectis peculiaribus circumstantiis in casu occurrentibus, benigne annuit pro gratia, de qua in precibus, ad decennium; servatis de iure servandis. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

J. Card. Pizzardo

L. S.

† J. Rossino, Secret.

Curia Diocesana

Arzobispo de Manila

ERECCIÓN DE LA NUEVA PARROQUIA DE GRACE PARK EN CALOOCAN, RIZAL

NOS DR. D. MIGUEL J. O'DONERTY, POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE APOSTOLICA, ARZOBISPO METROPOLITANO DE MANILA, ISLAS FILIPINAS.

Habiendo visto el expediente de desmembración de la parroquia de Caloocan, de la provincia de Rizal, y de la erección de una nueva en Grace Park de la jurisdicción municipal de Caloocan, Rizal;

Resultando que hay causas canónicas suficientes según el canon 1427, puesto que la localidad que ha de componer la nueva parroquia dista bastante de Caloocan y tiene más que suficiente número de habitantes;

Resultando que los Reverendos Curas Párrocos interesados en esta desmembración y agregación han dado su parecer y reconocen como causa canónicas las alegadas;

Y considerando que en el sitio de GRACE PARK ya existe una iglesia y un convento acondicionados para los oficios parroquiales y que son de la propiedad de la Congregación de los Oblatos de María Inmaculada;

Declaramos:

1. Que debemos desmembrar y por las presentes desmembramos la parroquia de Caloocan, Rizal, asignando una parte de su territorio a la nueva parroquia que por estas mismas letras erigimos.

2. Que la nueva parroquia así erigida tenga por Titular a NUESTRA SEÑORA DE LA GRACIA y por sede el sitio de GRACE PARK.

3. Que dicha parroquia quedará enteramente libre de su matriz, tendrá Párroco propio, sello, libros parroquiales, ornamentos, vasos sagrados y demás objetos propios del culto y pertenecerá a la Vicaría del Noreste de Rizal.

4. Que la nueva parroquia, desmembrada la de Caloocan, comprenderá los sitios de Caloocan y la Subdivision de Grace Park y será circunscrita por los límites siguientes:

Al Sur: Línea divisoria entre Manila y Caloocan hasta el extremo oeste del First Avenue;

Al Norte: La línea divisoria entre Caloocan y Malabón (desde University Avenue hasta el Camino 52);

Al Este: Camino 52;

Al Sureste: Línea divisoria norte y oeste del cementerio de la Loma hasta línea divisoria entre Manila y Caloocan;

Al Oeste: Camino sin nombre (4to. camino paralelo al Rizal Avenue) y University Avenue hasta la línea divisoria entre Malabón y Caloocan.

5. Que no existiendo dote para sostener el culto y al personal de la nueva parroquia, amonestamos y mandamos a los fieles de la misma que ayuden en cuanto les sea posible a mantener el decoro de la Iglesia y del culto y a sostener al Párroco Encargado sobre todo en lo que exige el arancel del Arzobispado.

Así lo decretamos y mandamos a todos que se observe este

Nuestro Decreto, se trascriba a las parroquias de Caloocan y Grace Park, se anuncie desde el púlpito en las mismas y se archive el original en Nuestra Secretaría de Cámara y Gobierno.

Dado en Manila, 31 de Enero de 1947.

✠ M. J. O'DOHERTY, D.D.,
Archbishop of Manila

Por mandado de S.E. Rdma.

Augusto Ignacio
Secretario

DECRETO DE DESMEMBRACIÓN Y CIRCUNSCRIPCIÓN DE LA PARROQUIA DE CALOOCAN, RIZAL

NOS DR. D. MIGUEL J. O'ROHERTY, POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE ARZOBISPO METROPOLITANO DE MANILA, ISLAS FILIPINAS

Habiendo visto el expediente de desmembración de la parroquia de Caloocan, Rizal, y de agregación de la parte así desmembrada, a la parroquia de GRACE PARK, recientemente erigida;

Resultando que hay causas canónicas suficientes según el Can. 1427 puesto que la parte que se segrega dista bastante de Caloocan, y la que ha de componer la nueva parroquia de Grace Park tiene más que suficiente número de habitantes;

Resultando que, los Reverendos Curas Párrocos interesados en esta desmembración y agregación han dado su parecer y reconocen que hay causas canónicas;

Por las presentes declaramos que la parroquia de Caloocan queda circunscrita dentro de los límites siguientes:

- Al Sur: Línea divisoria entre Manila y Caloocan (hasta el extremo oeste del First Avenue);
- Al Este: Camino sin nombre (4to. camino paralelo al Rizal Avenue Extension) University Avenue hasta la línea divisoria entre Caloocan y Malabón;
- Al Suroeste: Línea divisoria entre Caloocan y Malabón hasta el Camino 52;
- Al Oeste: Norte y Noroeste: Los antiguos linderos con las parroquias de Novaliches, San Bartolomé, Malabón y Navotas.

Así lo declaramos y mandamos a todos que se observe este Nuestro Decreto, se transcriba a los Párrocos de Caloocan y Grace Park, se anuncie desde el púlpito en las mismas y se archive el original en Nuestra Secretaría de Cámara y Gobierno.

Dado en Manila, 31 de Enero de 1947.

✠ M. J. O'DOHERTY, D.D.,
Archbishop of Manila

Por mandado de S.E. Rdma.

Augusto Ignacio
Secretario

PARTE DOCTRINAL

Sección de Actualidad

CONFERENCIAS SOBRE LOS SEMINARIOS EN FILIPINAS

La Santa Sede ha mostrado siempre un interés supremo en los Seminarios. Ya muchos de los Padres del Concilio de Trento daban inmensa importancia al decreto del mismo sobre los Seminarios y decían que él sólo compensaba todos los trabajos que el Concilio había originado, aunque ningún otro fruto se hubiera conseguido de su celebración. Aducían dos razones para esto, primera, que consideraban la institución de Seminarios como el más eficaz remedio para restaurar la disciplina decaída; y segunda, que es una regla cierta que en todo gobierno los ciudadanos son como han sido educados (Vid. Cardenal Pallavicino, Historia del Concilio de Trento, libr. 21, cap. 8, n. 3).

El mismo criterio tienen los Soberanos Pontífices. Entre ellos basta citar a Pío XI que en su carta apostólica a los Ordinarios de Filipinas dice: "Hemos considerado siempre la formación de Sacerdotes idóneos como la más grave entre las gravísimas responsabilidades que Nos incumben".

En Filipinas se ha mirado ese asunto con mucho interés desde 1592 en que Felipe II, encargó la fundación, sostenimiento y conservación de los Colegios-Seminarios prescritos por el Concilio de Trento (Ley 1a Ti. 23, Libr. 1o. Rec. Ind.)

Y si bien es verdad que no se organizaron en todo rigor los Seminarios sino hasta últimos del siglo XVIII, en los Colegios de San José, de Santo Tomás y de San Juan de Letrán se educaron muchos jóvenes para el sacerdocio y algunos de ellos llegaron a ser obispos como dice el docto Padre Tamayo en su

sabio e interesante. Discurso "Idea general de la disciplina eclesiástica en Filipinas, durante la dominación española" pág. 169. Algunos fueron incluso mártires de la fé. La tradición que se podría llamar sacerdotal del colegio de San Juan de Letrán ha continuado hasta estos días en que hay varios sacerdotes que del Colegio donde vieron que Dios los llamaba al sacerdocio, se dirigieron al Seminario para perfeccionar su vocación. Algunos incluso fueron honrados con la dignidad episcopal como el difunto Mons. Hacbang y el actual obispo de Lipa Mons. Verzosa.

León XIII en la Constitución "Quae mari Sinico," que fué la base para la reorganización eclesiástica en Filipinas, contiene en el número VI sabias disposiciones sobre los Seminarios y manda que: (a) los obispos hagan lo posible para tener Seminario; (b) a ser posible debe haber Seminario Mayor y Seminario Menor; (c) los alumnos deben estar siempre en el Seminario y no se les puede permitir ir a su casa nisi ex gravi causa; (d) los Seminarios se encomienden en cuanto a su régimen a sacerdotes ya del clero secular ya del clero regular, que descuellan por su prudencia y por la santidad de vida; (e) los estudios en los Seminarios deben ordenarse según las disposiciones pontificias; (f) si alguna diócesis no tiene Seminario debe enviar a sus alumnos a los Seminarios de las diócesis cercanas; (g) no se puede permitir que vivan en el Seminario sino los jóvenes que dan esperanzas de que serán sacerdotes; (h) se debe tener un cuidado sumo en ordenar sólo a los que mediante una investigación diligente se espera con fundamento que serán de provecho a la diócesis; (i) concluída la carrera no deben los nuevos sacerdotes entregarse a la ociosidad, sino que conviene no interrumpen el estudio de las ciencias sagradas. A este fin conviene que durante cinco años después de ordenados de sacerdote se sometan a un exámen sobre el dogma y la moral ante un tribunal compuesto de graves y doctos examinadores. El can. 130 del Código Pontificio ha confirmado esta disposición con precepto pero reduciendo el periodo a tres años en lugar de cinco, después de la ordenación sacerdotal.

El Concilio de Manila dió una importancia extraordinaria a los Seminarios "para que, dice, la viña del Señor plantada aquí con tanto trabajo, estudio y diligencia por los primeros misioneros, pero que ahora por falta de obreros, está casi secándose, adquiera nuevo vigor, se difunda más y dé más abundantes frutos" (n. 722).

El título VII está todo él dedicado a esta materia y puede considerarse como un código de sabias disposiciones sobre la organización y funcionamiento de estas instituciones en Filipinas y de conformidad con las condiciones de este país. Sus disposiciones están en consonancia con las del Código Pontificio, así que se pueden seguir en la práctica.

La Sagrada Congregación Consistorial en la carta a los Sres. Obispos de Filipinas de 25 de Marzo de 1933 insistió sobre los Seminarios, especialmente sobre estos puntos: Director espiritual, admisión de los alumnos, vocaciones, año escolar, vacaciones de fin de curso, vacaciones de Navidad, casa de campo. Los Sres. Obispos en las Conferencias celebradas en Manila los días 16-20 de Octubre de 1933, bajo la presidencia del Sr. Delegado Apostólico, estudiaron muy detenidamente estos puntos y adoptaron unas conclusiones relativas a los mismos que llevan los números 6 a 38 de las Conferencias impresas. Las Conclusiones fueron revisadas y aprobadas por la Santa Sede.

Un poco más tarde la Sagrada Congregación de Seminarios y Universidades de Estudios mandó hacer una visita Apostólica a los Seminarios de Filipinas. Por último la misma Sagrada Congregación mandó que se tuviese una Reunión de los Rectores de los Seminarios para tratar de las cuestiones más importantes referentes a la formación de los candidatos para el Santuario. En cumplimiento de estas disposiciones se reunieron los Rectores de los Seminarios de Filipinas en la abadía de San Beda los días 12 a 15 de Febrero de este año, bajo la presidencia del Excelentísimo Sr. Delegado Apostólico para tratar en varias conferencias de estas materias: "La vocación al estado eclesiástico—Dignidad del sacerdocio" por el P. Agapito Sa-

cristán, Rector del Seminario de Naga. "Señales de Vocación" por el P. Anselmo Sison, benedictino. "Método e Industrias para fomentar las vocaciones en las Diócesis y Misiones de Filipinas; Obra de las vocaciones o de los Seminarios" por el P. Leoncio Lat, Rector del Seminario de Bauan, Batangas. "Celo e Industrias para despertar, guiar, y sostener la vocación en un joven que tiene aptitud para el Sacerdocio. — Medios negativos. — Medios positivos — Quiénes se han de excluir", por el P. Eliseo Rodriguez, Rector del Seminario de Jaro, Iloilo. "Fundacion, Número, Organización de los Seminarios Mayores— Seminarios Regionales — Seminario Central — Condiciones de admisión", por el P. Enrique Buerschen, Rector del Seminario de Christ the King. "Seminarios Menores y Escuelas Apostólicas — Condiciones — Programa para la admisión — Régimen — Eliminación de los que no tienen aptitud" por el P. Angel Glinoga, Rector del Seminario de Sariaya, Quezon. "Aspecto material de los Seminarios — Edificios — Distribución de los locales — Obras de reconstrucción y reparación — Limpieza — Higiene" por el P. Pedro Urdaniz, Rector del Seminario Mayor de Cebú. "Orden general del Seminario — Horario general — Horario de clases — Calendario señalando días de clase, días festivos y de vacación — vacaciones de fin de curso", por el P. Ignacio Hetteger, Rector del Seminario de Vigan. "Del Personal dirigente del Seminario — Rector y demás oficiales — Atribuciones" por el P. Gabriel Rodriguez, Rector del Seminario de Mandaluyong. "De spiritus Directore — Concepto — Condiciones — Obligaciones — Desempeño de su oficio — los Confesores" por el P. George Harwardt, Rector del Seminario de Binmaley, Pangasinan. "De los estudios del Seminario — años de estudio — Programas — Horas de clase para las varias asignaturas — Horas de estudio y repetición — Del Prefecto de Estudios" por el P. Anthony Gamp, Rector del Seminario de San José. "Disciplina del Seminario — Orden y puntualidad en las distribuciones — Señales — Silencio — Urbanidad y buenas Maneras — Recreaciones, Castigos y reprensiones — Dimisión y casos de expulsión" por el P. Lorenzo Ibañez, Rector del Semi-

rio de Calbayog, Samar. "Cultivo de la Piedad — Piedad sólida — Ejercicios de piedad del Seminario — Espiritu de piedad — Sanctificación del Seminarista — Asociaciones piadosas" por el P. Pedro Kranewiter, Rector del Seminario de Tanawan, Leyte. "Cultivo de la Predicación — Importancia de cultivar la predicación en el dialecto — Cultivo del Canto Gregoriano y Música sagrada" por el P. Prudencio Mayoral, Rector del Seminar de Bacolod, Negros Occidental. "De la preparación próxima al Sacerdocio — Cura especial del nuevo Sacerdote — Comunicación entre él y el Seminario — Comunicación entre los varios Seminarios" por el P. Francis Lambrecht, Rector del Seminario de la Montañosa".

El día 12 a las ocho y media de su mañana, fueron todos a la iglesia de San Beda para pedir al Señor su ayuda en las Conferencias que iban a tenerse. Después de haber implorado la gracia del Espíritu Santo y la protección de la Santísima Virgen, de Santo Tomás de Aquino y de San Carlos Borromeo con fervientes oraciones que dirigió el mismo Sr. Delegado Apostólico éste invitó al P. Juan Ylla, Rector del Seminario Central para que dirigiera una breve exhortación a la ilustre asamblea en relación al objeto y fin de las Conferencias. Terminada ésta, el Sr. Delegado pronunció algunas palabras de inspiración y aliento a los concurrentes. Luego se dirigieron todos al salón destinado para las Conferencias. El Sr. Delegado nombró al principio de ellas al M. R. P. Florencio Yllana, Rector del Seminario de Sorsogón, Secretario de Actas de las Conferencias, Al M. R. P. Fr. Juan Ylla, Consultor de la Asamblea y al M. R. P. Constancio Alcalde, Rector del Seminario Menor de Cebú, como Notario.

Hechos estos nombramientos comenzaron las Conferencias que se tuvieron conforme a un programa muy bien ordenado y detallado, mañana y tarde hasta el sábado día 15 en que terminaron por la mañana cerca del mediodía. Cada una de las disertaciones que se leyeron era un trabajo muy bien preparado, con toda clase de datos y observaciones que ilustran

mucho los puntos principales en la materia de formación de seminaristas en Filipinas y en los tiempos actuales. Los Rectores tomaron a conciencia el estudio de los diversos puntos que se les había encomendado bien persuadidos de la suma importancia que la Iglesia da a la buena formación de sacerdotes.

FR. JUAN YLLA, O. P., D. U. T.

Sección Litúrgica

LA SEMANA LITURGICA

Los pueblos antiguos, como los asirios, caldeos, egipcios, judíos, griegos y romanos, han dividido el año de diferente manera. Generalmente le han dividido en meses, y los meses en otras porciones menores; pero no ha habido uniformidad ni en el número de meses, que constituyen el año, ni en el número de semanas que forman el mes, ni en el número de días que integran la semana. (1)

La Iglesia Católica en la ordenación del año litúrgico nunca ha considerado la división del año litúrgico en meses; sólo le ha dividido en semanas. Cincuenta y dos o cincuenta y tres semanas consecutivas, a partir de la primera dominica de Adviento, integran al año cristiano. La semana es la célula del año de la Iglesia. Aunque a veces se habla de "estaciones litúrgicas", no son propiamente hablando partes de dicho año; solamente se las llama así por analogía a las del año solar.

En este breve artículo intentamos indicar ¿qué es una semana litúrgica? Para conseguir este fin examinaremos cómo se formó, cómo santifica la Iglesia toda la semana, y cómo el domingo influye en los demás días causando la unidad de la semana.

I. Formación de la semana litúrgica.

El número 7.

Es difícil de determinar porqué adoptó la Iglesia el período convencional de 7 días, que llamamos semana, para constituir el año cristiano. Parece cierto que el número de 7 días desempeñó un papel importante entre los pueblos antiguos; pero sobre todo entre los hebreos. Estos tuvieron el número 7 en gran estima, aún antes de la legislación mosaica. La semana tiene 7 días; las fiesta de Pascua y de los Tabernáculos duraban

(1) MARTIGNY, *Diccionario de Antigüedades Cristianas*, traducido de la última edición francesa por D. Rafael Fernández, la palabra "Semana"; Madrid, 1894. Y la *Enciclopedia Espasa-Calpe*, la palabra "Semana".

7 días (Lev. gXIII, 834; la de Pentecostés tiene lugar 7 semanas después del sábado de Pascua. Finalmente el año 7º es el año sabático (2).

Es muy probable que los primeros cristianos bajo el influjo de los hebreos y sobre todo del Antiguo Testamento aceptaron la semana compuesta de 7 días.

Nombres de los días de la semana.

Al extenderse la Iglesia por el mundo romano los nombres de los días de la semana eran nombres de los astros que los paganos creían tener un influjo más grande en la vida humana. Así, al día del domingo se le llamaba *dies Solis*; al lunes, *dies Lunae*; al martes, *Martis dies*; al miércoles, *Mercurii dies*; al jueves, *Jovis* (Júpiter) *dies*; al viernes, día dedicado a Venus, *Veneris dies*; al sábado, *Saturni dies* (3).

Este uso general de los pueblos de la antigüedad pasó de un modo natural a los cristianos por la necesidad de conformarse al lenguaje común. Pero pronto se dieron cuenta los mismos Apóstoles que dichos nombres eran nombres paganos; más, expresiones del politeísmo. Por esta razón, desde los tiempos apóstolicos, se empezó a designar los días de la semana con nombres cristianos. Ya S. Juan en su *Apocalipsis* (I, 10) llama al primer día de la semana "día del Señor". Los santos Padres y escritores eclesiásticos enumeran a veces los días con los nombres paganos pero lo hacían para hacerse entender de aquellos que no eran cristianos, o para obedecer a la ley del secreto.

S. Justino, al hablar del domingo, día en que tenían lugar las reuniones de todos los fieles, dice: "el día del Sol, como se le llama vulgarmente" (4).

Clemente de Alejandría pone en paralelo los nombres profanos con sus correspondientes cristianos. "Sabe (el verdadero gnóstico) la señales (las indicaciones enigmáticas, del ayuno de estos días, es decir, del cuarto y del sexto (del miércoles y del

(2) MARTIGNY, *lug. cit.*

(3) R. P. HENRY, S.M., *The Liturgical Year, 1940: Introduction etc.*

(4) PG. vol. VI, *Apolog, I. p. 430-431: Die autem solis omnes simul convenimus, tum quia prima haec dies est, qua Deus, cum tenebras et materiam vertisset mundum creavit, tum quia Jesus Christus Salvator noster eadem die ex mortuis resurrexit".*

viernes). El primero, es llamado (por los paganos) el día de Mercurio; el segundo, día de Venus" (5).

Tertuliano va más adelante. Dice "que la Ley prohíbe nombrar lo dioses de las naciones (Exod. XXIII, 15); pero no nos impide articular nombres que los hábitos de la conversación nos arranca forzosamente. Y así se ha de decir muchas veces: el templo de Esculapio, el barrio de Isis, el sacerdote de Júpiter, y otras cosas semejantes... Estos no quiere decir que yo venere a Saturno, si pronuncio su nombre... Lo que la Ley quiere es, que yo no los venere como dioses (6).

